

132. *Chysis Brünnowiana* Rchb. fil. Wswz.: labelli lobis lateralibus late semifalcatis lobum medium ovatum obtusum (cochlearem?) aequantibus, carinis ternis ante lobum medium, lateralibus extus media carinula adventitia auctis, ungue labelli cum lamina refracta angulato.

Pedunculi pluriflori. Bracteae ovatae acutae ovaria aequantes. Tepala sepalis sublongiora spatulata. Perigonium roseo aspersum?

Speciosam plantam, certe mox in hortis florentem, dicavimus egr. Brünnow, Berolinensi, qui commerciis nob. de Warsciewicz cum amicis optime solutis de hortis nostris optime meruit. In Peruvia detexit nob. de Warsciewicz.